



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. V. Proponit nonnulla quo ad orationem monita

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

## CAPVT V.

NONNULLA QVOD ORATIONEM MONITA PRO-  
ponuntur: est hoc caput is qui in rebus altius sese occupant, cum-  
primis vtile.

**N**Olo, neque etiam persuasum mihi est, ut quæ hic dicta sunt, cer-  
ta habeantur, ut ea ceu regulam & normam infallibilem  
nes sequantur; quod certè in rebus adeò difficilibus velle, nimis  
abstrudum & ineptum foret. Nam, quod in hac via spiritali perueni-  
sunt semitæ, fieri posset, ut de vna ipsarum aliquid, quod quadret  
ad propositum sit dicendo afferam; vnde si per eam non incederem  
non intelligant, id non aliam ob causam fieri, quàm quòd per illam  
ipsi incedant; si autem nulli omnino per hoc profum, Dominus illam  
bonam suam voluntatem benignè admittat; cum notit me, tamen  
omnia & singula in me experta non sum, in alijs tamen animabus eadem  
perispexisse & notasse.

Primò autem ostendere & docere (pro ingenij rei tenuitate  
lo, in quo perfectæ orationis substantia consistat. Incidi quippe  
nullos, quibus omne negotium in sola cogitatione firmum videtur,  
si in Deo valdè defixam habere possint, tamen si sibi quam maximam  
vim inferentes, statim sese spirituales esse existimant; si vero eam  
sum diuertant (quod id impedire nequeant) esto ob res valde bonas  
quamprimum contristantur & anguntur, seque perditos esse ar-  
tetur. Qui verò docti sunt, huiusmodi ignorantia & in seipso non habent  
bunt, tamen si etiam inciderim in aliquem, qui crassa hac ignorantia  
tinebatur; at nos mulieres omnium rerum commune fieri oportet.  
Non dico, insignem Dei gratiam non esse, cogitationem  
in ipsum defixam & occupatam habere, deque eius operibus  
due meditari posse: immò verò bonum est id ipsum nos facere conati  
licendum est, imaginationes omnes naturaliter ad hoc habiles de  
non esse, animas tamen omnes ad amandum idoneas esse. Item  
loco (si bene memini) causas, ob quas imaginatio nostra sic dispa-  
re censui, non tamen omnes (quòd certè impossibile foret, se ad  
las, ideòque hac de re in præfens non ago, at ostendere duntaxat  
lem, animam cogitationem non esse, neue bonum esse vultu  
ipsa se regi sinat, id enim si fieret, malè certè cum ipsa ageretur,  
supra dictum est. Ea propter animæ profectus & fructus non tantum  
tum cogitando, quam multum amando consistit. Si autem suscipere  
quomodo amor hic acquiri possit? respòdeo se id affeciter quæ  
pter Deum operari æquè ac pati, tum proponendo, tum

In quo per-  
fecta o-  
rationis  
substantia  
sua sit.

Bonum est  
cogitationem  
semper Deo  
occupatam  
habere.

Amor Dei  
quæ ratione  
acquiratur.







*Obedientia  
propensio  
particulari  
devotioni.*

*Irenia.*

tolerabile foret, vt Domino nos aperte ad aliquid, quod permittit illius interesset, exequendum vocante, ipsi id aggredi detrectare sed eum obtutu defixo dumtaxat intueremur, q̄ sic melius quiete nostra fruamur. Egregius sanè hic est in Dei amore profectus & progressio. Hoc namque ei est velut manus colligare; dum ipsum tantum via nobis prodesse & iuuare nos posse arbitramur. Nouimus nullos, quibus eum aliquando communicavi, vt præter id, q̄ ipse dixi per experientiam didici) qui hanc me veritatē intelligere fecerunt quando minimum maiore in modū affligebar, q̄ me temporis libertas angustia viderem. Hinc maxime illis cōpatebar, quod eas rerum negotiorum & rerum, quas ipsis præscribebat obedientia, tractatione perpetuo occupatos viderē. vnde intra memetipsam cogitabā, quā aperte dicebā fieri non posse, vt tot inter turbationes & rerū spiritus ipsorum cresceret, quod eum tunc temporis per modicum & angustum haberent. Quam, o Domine, vias tuas longè sunt alia, quā imaginatio nostra sibi non fingunt! & quam ab anima, quæ iam proposuit & decreuit te amare, inq; tuas manus sese resignauit, ac incupis, quam vt obediat, & inquitat ecquid magis ad tuū obsequium seruitium faciat, & hoc ipsū ex animo desideret? Alias proinde quaeratur, aut sibi seligat, necesse nō est, illius quippe voluntas iā tua. Tu, Dñe mi, illā in te curā suscipis, illuc vt illā conducas & dirigas, magis proficiat. Et esto Superior ipse eam curam non habeat, eā vti ducat per vias, per quas anima maius lucrum faciat, sed tantum, ut cōmunitati necessaria esse & expedire iudicat, fiant & executioni dentur, tu tñ. Deus meus, curam illam habes, animamq; & res agere ita disponis & ordinas, vt anima se & spiritum habere nescientes non intelligeres vnde hoc prouenerit, & magnū profectum fecerint, huiusmodi mandatis magna cum fidelitate obediendo, postmodū non parū id obstupescant. Talis certè erat persona quæ quæ cū non ita pridē egi, q̄ quindecim circiter annos obedientia officijs, muneribus & præfecturis tā laboriosè detinuerat & occupata vt toto illo tempore ne vel vnum diē se habuisse meminisset, quæ vacare potuisset, tamen si aliquod ipsa per diē sustulari spatia reperire poterat, maxime satageret, quo orationi & conscientie purgandæ vacaret. Nullā hac vidi ad obedientiā propensioem & inclinatioem, vnde eam adfricat iis, quorū eū ipsa tractat & agunt. Benè sanè hinc minus rependit & compensauit: etenim illā spiritus libertatē tantam sibi prouenerit, in hac porro omnis, quæ hac in vita desiderari potest consistit felicitas ac bonum: dum enim nihil omnino desiderat,

*Libertatis  
spiritus bo-  
num.*



demonia. Tales qui sunt, nihil omnino terræ huius aut timent  
ne desiderant, non illos turbant aut percellunt labores, non mo-  
nent gaudia: denique nihil omnino est, quod pacem mentis ipsis e-  
rret, aut eos inquietare possit, etenim hac à solo Deo dependet, & li-  
cet tunc ipsis nemo auferre aut tollere valet, ita & solus illius amitten-  
deret illos percellere & affligere potest: quod reliqua omnia quæ in  
hoc mundo sunt, prout quidem ipsi censent, sunt quasi non essent, quod  
illis satisfaciendum, nihil omnino is aut faciat, aut noceat.

O beata obedientia, o beata, quæ illius causa contingit distractio!  
vixit quæ tam multa consequi & obtinere potest. Neque is, quem  
tunc solus est, qui tanta est consecutus; noui enim & alios eiusmodi,  
quos cum iam à multis annis non vidissem, & postea rogarem, quibus  
inter ea temporis exercitijs spiritus vacassent, intellexi solis obedientiæ  
& caritatis operibus eos incubuisse ac se dedidisse; ex alia verò parte, in  
tantam eos in rebus spiritualibus profecisse comperiebam, ut non pa-  
rum obuia peccerem. Ita quæ filia mea, nolite hanc occasionem negligere,  
cum vos obedientia rebus exterioribus intendere & vos totas im-  
pendere noster, persuasum habetote, Dñm, etiam in culina medias in-  
tre ollas & lebetes, vobis ad esse, ac tū internè, tum externè cooperari.

Veni hic mihi in mentem Religiosi cuiusdam, qui mihi narrauit, *Religiosus cui-*  
si aliquando firmiter apud seipsum statuisse & decreuisse, ut, quamcū- *usdam obe-*  
que libri rem Superior mandaret, quantumuis ea sibi molesta & grauis *dicta visio.*  
tanta esset, eam exequendam gratanter susceperet. quadam verò die  
illius contraxit, ut, cum per diu laborando sudandoq; propè exhaustus  
esset, & vesperi, cum vix in pedes consistere posset; ac iam ut ad quietē  
se componeret, paululū consideret; Superior id videns, eum lignonem  
in mare, & ad horum fodiendum abire iusserit. Se verò, esto ita exhaui-  
tus & defatigatus esset, ut plus laborare non posset, racuisse, & lignonem  
acceperit; cum autem per transitum quemdam, qui in orto erat,  
quem & ego multis post annis quàm hoc ipse mihi narrauit, vidi, cum  
monasterium fundatura ad ciuitatem illam venissem) transire vellet,  
apparuisse sibi in eo Redemptorem nostrum Iesum crucem humeris  
bobulante, utra fructum, exhaustum & anhelantem, satis sibi ut indicaret,  
de flagellationem & penam, quam subierat nihil esse, si cum ea quam ipse  
etiam in cruce banulanda subierat, conferretur.

Credo equidem, daemone, quod videat, nullam esse viam, quæ ho- *Cum diabo-*  
minem citius expeditiusque ad summam perfectionem conducatur, quæ *luis obedi-*  
obedientiam, hinc tot fastidiosum, displicentiarum ac difficultatū ge- *ta ita ad-*  
nera et in hac ipsa obijcere, idque sub boni alicuius prætextu. Hoc autē *uerisur.*  
propius notari velim; & ad oculum apparebit, verum me dicere. Certū  
porro

S.  
TERESA

DECA

VITI

106



*Perfectio  
summa in  
quo sita.*

porro est, summamque veramque perfectionem non tam in delictis  
consolationibus internis, nec in sublimibus raptibus, nec in visionibus  
nec in spiritibus prophetiae consistere, quam in tam perfecta voluntate  
nostra cum diuina conformitate, nihil vt Deum velle intelligamus  
quod non & ipsi omni nostra voluntate velimus, & tam libenter  
ra & aspera, quam lapida & mollia suscipiamus, si Maiestatem eius  
velle nouerimus. Hoc certe difficillimum viderur esse, non quidem  
facere, sed verè nos gaudere in eo, quod voluntas nostra natura  
stra penitus contraria velit, eique contradicat. Et verè difficile est  
veram amor (si modo perfectus sit) eas habet vires, vt nostras ipsas  
stationes obliuiscamur, quod recreemus eum quem diligimus. Per  
ita reuera se res habet, esto enim labores & maximi & grauissimi  
cognito tamen, Deo nos quamdam per eosdem voluptatem adha  
dulces nobis sunt & grati. Et hoc modo amant illi, qui huc per  
cutiones, per infamias, per iniurias perueniunt.

Hoc porro ita certum, cognitum, & apertum est, vt necesse est  
sit hisce declarandis diutius immorari: Dum raxat causam exponere  
lo, cur obedientia (meo quidem iudicio) citius hominem ad hunc  
hunc statum peruenire faciat, & cur optimum ipsa & maximum  
lud sit medium, est autem hæc. quod enim voluntatis nostre dicitur  
nullatenus simus, ad eam purè sincereque omnem quantam  
in Deum impendendam, quoadusque eam rationi subijciamus,  
obedientia compendiosissima & verissima, ad eam illi subijcitur  
via est. Si enim expectemus, vt bonis rationibus & argumentis  
ei subijciamus, numquam quod prærendimus effecturi sumus,  
via hæc nimis quam longa & periculosa. Natura quippe nostra, &  
proprius, tot tamque validas à parte sua rationes habent, nunquam  
huc peruenturi simus, & sæpè fit, vt quod maximè rationi con  
neum apparet (si huc tamen animo & voluntate non propendimus  
rationi dissensaneum atque absurdum videatur, ob exiguam, quam  
ipsum opere exequendum voluntatem & animum habemus.

*Cur homi  
nem obedien  
tia cito ad  
perfectionem  
adducat.*

Tam multa porro quoad hoc dicenda occurrerent, nunquam  
finem faceremus, si de conflictu hoc interiore loqui vellemus.  
quoque nobis cacodæmon, mundus ac nostra sensualitas obuiam  
proponunt, vt inuita & reluctantè ratione quid faciamus. Sed  
medii: Quemadmodum hic inter homines dū lis admodum dubia  
ceps est, iudex aliquis & arbiter designatur, in cuius manus ad  
fensor, controuersando & litigando defessi, iuris sui argumenta  
signant; sic & anima nostra arbitrum aliquem sibi capiat, Super  
scilicet aut Confessarium, cum proposito non amplius contentamur.



nos de hinc amplius cogitandi, sed verbis Domini dicentis, *Qui vos audis*,  
 nos audire, standi ac confidenti, itaque omnem voluntatis suae curam de-  
 ponendi. Tanti porro hanc voluntatis redditionem resignationem que  
 Dominus facit (& merito; per hanc quippe eum liberi arbitrij, quod  
 nobis dedit, dominum constituimus) ut, eum semel illam exercuerimus,  
 & deum adhuc semel mille cum difficultatibus nos abstrare conamur;  
 magis absurdum & ineptum iudicantes quidquid in causa nostra iudi-  
 catur illi rei quae nobis iniungitur, per laboriosum hocce exercitium,  
 nos conformare incipiamus. Et verò siue eum labore, siue sine vilo labo-  
 re ipsi ipsam sequimur. Ipse etiam Dominus à parte sua ita nos hic  
 tenet, ut, quam ob causam voluntatem & rationem nostram illius causa al-  
 teri subiicimus, ob eamdem nos illius dominos faciat. Cumque iam demum  
 nostrum ipsam Domini fuerimus, tunc nos ipsos quam perfectissimè  
 in Dei obsequium impendere possumus, voluntatem nostram puram  
 & sinceram illi dando, quod eam suam coniungat & vniam; petendoque, ut amo-  
 re ipsius ignis de caelo descendat, & hocce sacrificium nostrum succen-  
 dens, inferendo ab eo quidquid illius oculis displicere potest; cum, quo  
 minus id fiat, nos iam in causa non sumus: etenim iam ipsum (esto non si-  
 ne maximis laboribus) altari imposuimus, & (quantum in nobis fuit)  
 non iam amplius in terra iacet, nec eam tangit.

Certum est, non posse quempiam dare, id quod non habet; sed ut  
 deus, prius id habeat oportet. Quapropter mihi credatis velim, nullum  
 esse ad hunc thesaurum comparandum, medium melius, quam fodere  
 & laborare, ut is ex hac obedientiae fodina eruatur, quo enim plus fodie-  
 tur, eo eius plus inueniemus, & quo nos amplius hominibus subiicie-  
 mur, aliud scilicet non cupientes aut volentes, quam quod nostri vo-  
 luntate superiores, eo magis voluntatis nostrae domini erimus, ad eam di-  
 uina conformandam. Videte igitur, carissima, an non ipsa gustus, qui  
 resolidiendi e captanda sentitur, carentia ac derelictio vobis bene com-  
 pensanda sit. Equidem dico vobis, non ideo quod ea careatis, minus vos  
 disponendis ad veram illam vnionem quam diximus obtinendam,  
 quoniam eo iura est, ut voluntas mea cum diuina conformetur & vna sit.  
 Haec enim est vnio, quam desidero, quamque vos omnes habere vel-  
 lem; non verò quaedam lapidas admodum, quales esse scio, absorptio-  
 nes quibus vnionis nomen nonnulli dederunt. Et haec etiam vnio erit,  
 dummodo si quatur post eam quam iam dixi. At si post suspensionem  
 illam, modicam inuenire sit obedientiam, & propria adhuc super sit  
 voluntas, erit haec (ut mihi quidem videtur) cum amore sui ipsius pro-  
 prio, ut non cum diuina voluntate, vnita. Det mihi Maiestas eius ita id  
 opere & recipia exequi, ut quidem id ipsa intellego.

S. Matris Teresa Opera. Vu Altera

*Voluntate  
sua resigna-  
re quanta  
momenti  
sit.*

*Voluntate  
resignando  
suis Domi-  
ni resolu-  
mur.*

*Vnionem  
qualem suas  
habere S.  
M. voluit.*

S.  
TERESIA

DECA  
VI  
16



*In solitudi-  
ne minor est  
Dei offensio,  
et occasio,  
et propterea  
diligenda.*

*Non immis-  
cimus nos  
exteriori-  
bus, nisi ex  
obedientia  
& caritate.*

*Occasio-  
fidelit qua-  
lis quis sit.*

Altera causa, è qua (vt mihi quidem viderur) hoc fastidium & im-  
plicentia promanat, est; quòd, cum in solitudine, minor Dei offensa  
di sit occasio (fieri enim non potest, vt non semper sit aliqua, cum  
dæmones vbique sint, & nos ipsos quocumque locorum circumspe-  
ramus) anima maiore in puritate & munditie viuere videatur, et  
anxiè Deum offendere metuat, maxima consolationi est, nullam  
nino, in quam impingat, peccandi occasionem habere. Hæc, vt vult  
fatear, ratio, ad cum hominibus non conuersandum, & res nullas  
standas, magis nos mouere debere videtur, quàm prior illa, quæ ad  
gnas Dei delicias & gustus sentiendos, solitudinem suadebat, cum  
in publico & conuersatione cum alijs, carissimæ, elucescit & patet  
mor, & non in angulis & latebris, at medias inter occasiones. & in-  
credite, esto plures ibi occurrant imperfectiones (quæ & parui quædam  
lapsus & concussiones) lucrum certè nostrum incomparabiliter  
esse. Notandum verò, me semper hic præsupponere, non mihi ex  
rioris mandato, & caritate mouente, in illas nos occasiones conuen-  
tenim, nisi duæ illæ virtutes intercurreant, semper dico & repetito  
tudinem multò meliorem esse, & hæc etiam, cum in exteriores quæ-  
co occupationes nos effundimus, nos desiderare debere. Hoc tamen  
siderium continuò habent animæ, quæ Deum sincerè & ex animo  
ligunt. Quod autem dixi, id maximè lucrosum & proficuum esse,  
ed est, quòd similibus in occasionibus intelligere nobis datur, qui-  
mus, & quousque se virtus nostra extendat. Etenim, qui semper  
cellæ suæ angulos later, & in solitudine (quantumlibet etià suo  
sit sanctus) nescit an patientiæ atq; humilitatis virtutem habeat; in  
quidem illius sciendi occasionem vllam habet. Quomodo enim  
qui magna corporis fortitudine & robore est, talis esse scierit, nisi  
quam pugnam inierit, & nullo in consuetu fuerit? Multù quid  
gnum se S. Petrus esse putabat; sed considerate, qualis data iam oc-  
sione fuerit; ex hac tamen mina & lapsu egressus, didicit nihil  
sibi fidere, sed in Deo omnem fiduciam suam ponere; vnde etiam  
tyrium, quod vidimus, postea subiit.

Vtinam, Deus bone, quanta miseria nostra sit, intelligeremus  
sanè in re subest periculum, nisi ipsam perspectam habeamus. Hæc  
urile & salutare est, nobis quædam facienda iniungantur, vt licet  
ipsi vilitatem & abiectionem intelligamus. Equidem matris Dei  
beneficium reputo, diem vnum in humili nostri ipsorum cogitatione  
(esto multis nobis afflictionibus, & laboribus is steterit) transire  
quàm multos in oratione, idque etiam eò magis, quòd verus ac  
amator in omni loco amet, & nusquam non dilecti sui memoriam



presentem habeat. Certè durum esset, si in angulis dumtaxat ac solitudine orationem quis instruere posset. Video quidem ipsos ad multas cum horis & diu extendere non posse; sed, quas non habet apud te vires, Domine, iustitiam è laboriosi afflictique cordis penetralibus profecta, ut appareat, ad hoc impediendum non sufficere quòd in hoc loco agimus, verum etiam, esto ad solitudinem captandam commodus nobis locus denegeretur, solos tamen nos esse posse, tecum in solitudine deliciando huic euidenter colligere est, esse nos seruos ipsius propitia nostra voluntate ac sponte, ac illius amore & causa, obedientiam veniendos, cum propter illam ipsomet Deo quadam tenus frui & gaudere negligamus. Verum nihil sunt hæc omnia, si ipsum è sinu Patris, ex obedientia, quòd se seruum nostrum constitueret, venisse consideremus. Quid igitur huic gratiæ & dignationi dignè à nobis persolui de rependi poterit? Eapropter necesse nos est videre, ne in operibus vestris, esto ex obedientia præscriptis, & ex caritate susceptis) peragendis ea relictis immemores sitis, ut non sæpè interius ad Deum vestrum recurratis. Et mihi credite, non ex multis horis & longo tempore quod orationi impendatur, animæ ex ea lucrum accedere, quando aut Superioris iussu, aut erga proximum caritas, ad alia eam opera vocant, aut ipsam obedientiæ caritatiue operibus (vri dictum est) accurate intendere iubent: hæc enim mirè iuuant, ut quàm breuissimo temporis spatio melius disposita reddatur, ad amorem suum accendendum, quàm in illis deficientibus) multas horas multumque temporis consideratio impenderet. Omnia ab illius manu veniant necesse est, vnde sic ipse in sempiternum benedictus.

## CAPVT VI.

DOCET, QUAE HOMINIBVS SPIRITVALIBVS EVENIRE  
 possunt de una ex eo, quòd non intelligant, quando spiritui resistere eos oporteat. Agit  
 quoque de intensis qua anima habet ad sacram communionem accedendi desi-  
 derijs; & quædam sub his latere possit illusio. Multa hic tra-  
 duntur, quæ harum domorum rectrices seire mul-  
 tum interfit.

Magna diligentia ac studio conata sum intelligere, vndenam ortum  
 habeat, magna illa absorptio & intensio mentis, quam nonnullas  
 personas quas miris Dñs in oratione gustibus ac suauitatibus perfun-  
 ctu habere vidit: & per quas non stat, quo minùs se ad gratiam recipien-  
 dam disponant. Non loquor autem hic de animæ suspensione, aut raptu,  
 quem Deo dante patitur, cum de eo alibi multa scripserim; & de hu-  
 iusmodi materia non est quòd multum loquamur, nam à parte nostra, quan-  
 tumlibet resistere conitamus, nihil omnino possumus, dummodo verus

Vu 2

61 ca.

S.  
TERESIA*In turba so-  
li esse possumus.**Christus ex  
obedientia  
homo factus  
est.*

DECA

N. VII

108